

Monseigneur
N^o 60.

325

Commiseratione sanè dignum misere Curlandiae per
stationes militiae Moscoviticae atq; contributionum ex-
actiones, Statum, inter alia fusius jam Illm^e V^{re}
Excellentiae die 30. Januarij perscripsi, qui non tan-
tum mole exactionum et militum numero auctus est
sed etiam ex multitudine aegrotorum Moscorum suspec-
to laborantium morbo, quam maxime nova imminet
Curlandiae ultima devolutio si contagio; Ac ideo Illm^e
Vestram Excell^{am} iterum atq; iterum quam ardentissime
rogo, haec omnia Sa^{ae} Re^{ae} Majestati Domino nostro Cle-
mentissimo meliori exponere modo, et literas Regias ad
S. Caesarem M^{tem}, nomine meo expetere et quam primum
misi copiam huc mittere dignari velit, quas non vanas fo-
re existimo et confido, S. Caesarem M^{tem} propter amicitia-
am cum Rege atq; juxta suum Elbingae verbum ac datam
promissionem et ad eas, per Plenipotentiarios tandem
eliberat^{uram} agonizantem Curlandiam, unde nec obulum
pro mea sustentatione, ex bonis adhuc traxi, et ibi inter li-
centiosos degere hucusq; resolvere non consultum duxi.
Pro expeditis transmissisq; per Dn: Scribam Hollwel lite,

nis Regiis ad Supremam Exercitus Litvaniae Ducem
 debitas Illmiae Vestrae Excellentiae refero gratias, et jam de
 Litvanis stationes in Curlandia cogitantibus, nunc et
 silentium, inq' casu alicujus ea propter novae emergenti
 illae literae pro clipeo erunt; interea Illmam Vram Exce
 iterato rogo, pro expediendo rescripto Regio ad Curlandos,
 nendo illos, ut nec sub moderna Moscorum presentia, contra
 fortitatem ac interesse meam, illicita, uti variis nunc fit a go
 busdam, intendanti modis, non moliantur, nec aliter quam
 fidelitate Domui Ducali obstricti, debite obtemperent et
 non secus agant, Cujus alias sicut et continuae in bucusq' con
 ventionis Rescriptorum Regionum in quibus notabiles contra
 ejusmodi audentes, poena sunt expressae, merito luerent
 quibus Cancellarius potiore debet habere partem: prome
 tas poenas, Quod Regium ejusmodi rescriptum, eos ad san
 res cogitationes et rectas vias etiam perducere poterit. In
 reliquo, benignae semper amicitiae benevolentiaq' affectu
 Illmia Vra Excellentiae me comendans, ad quovis reciproca
 ficia prestanda obligatissimus, omniq' venerationis cultu,
 desinenter maneo,

Monseigneur

de vofre C. Mance
 le tres-humble
 oblige serviteur
 Ferdinandus Dux

Gedani die 12. Martij.
 a. d. 1712.

3207.

Petrus Dux Parlatina
d. 13. Martij 1712